



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 62. Regis responsum ad hosce Oratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

quod illi libenter ad dotalem pecuniam ei promissam erogaturi sint: præterea suadebant, ut seditiosos, ac schismaticos exilio, aut alia pœna mulctet, & severæ animadversionis in eos exemplum statuatur, cum illi templa destruxerint, bona Sacerdotum diripuerint, & Regni hostes in Franciam introduxerint; gratiam vero seditiosis in ultima pacificatione cum Protestantibus factam revocet, præcipue iis, qui in divinæ Majestatis crimen incidisse comperientur: tandem ab eo fieri volebant, ut jus æquum inter subditos suos redderet, & severe in conscios, & auctores cædis Guisii, qui detestanda nuper proditione interfectus erat, citra dissimulationem, ac sine ulla dilatione animadvertat. Ceterum in id Legati nomine Principum suorum omnem operam, opes, ac vires suas ad Regis obsequium offerebant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1564.

§. LXII.

Regis responsum ad hosce Oratores.

Ad hæc Rex a Regina Matre sua, & Hospitalio Cancellario instructus hisce Oratoribus respondit: „Gratias „habeo Principibus, & Dominis vestris „pro tam salutari, ac laudabili, quod mihi dederunt, consilio, ac vobis imprimis, „qui ob id dignati estis ad me venire,

Thu. l. c.

R 2 insu-

Sæcul. XVI. „insuper vobis confirmo, quod apud
A.C. 1564. „me fixum, ratumque sit, secundum
 „antiquum, ac laudabilem in Ecclesia
 „Romana observatum cultum vivere, &
 „efficere, ut ditionum mearum popu-
 „li juxta easdem sacras leges vivant,
 „nam pacem eapropter inii, ut hostes
 „regno meo expellerem: nunc autem
 „nihil magis in votis habeo, quam ut
 „jus æquum omnibus ditionum mea-
 „rum subditis reddatur: de cetero oro,
 „ut vestri Principes me excusatum ha-
 „beant, ob eas causas, quas scriptis
 „mandabo, ut ad vos perferantur, post-
 „quam hac super re cum meis Sena-
 „toribus deliberavero.„ Hoc responso
 Rex Oratoribus neutiquam satisfecit,
 unde die vigesima septima Februarii
 eis aliud dabatur, quod tamen priori
 haud magis certum erat.

§. LXIII.

*Parisiensis Curia Concilii receptioni
obstans.*

Altera ex parte Parisiensis Senatus
 Synodi Tridentinæ receptioni ma-
 gna opponebat obstacula, præcipue con-
 tra utriusque postremæ Sessionis De-
 creta; quippe celebris hæc Curia con-
 tendebat, quod auctoritas Ecclesiastica
 cum præjudicio profanæ fuisset exten-
 sa, eoquod per multas, & carceris pœ-
 nas